Leszewski in Ministerialem Creatus

Ad officium et Acta pntia Castren Capitan Branscensia pntr veniens Providus Gregorius Leszewski eidem officio obtulit literas Sacrae Regiae Maiestatis sibi super officium Ministerialiatus sigillo minoris Cancellariae Regni festitas ac manu Illustris et Rndissimi Patris Dni Andreae de Leszno Episcopi Culmensis et Pomesaniensis Ecclesiarum Cathedralis Ploensis et Collegiatae Sancti Michaelis in arce Cracoviensi Praepositi Vicecancellarij Regni subscriptas, petens easdem ad inscribi suscipi et Juramentum per se praestandum attendi, ad cuius affectationem offium hoc idem eiusmodi literas suscepit et Actis inscribi demandavit quarum tenor eiusmodi sequitur. Joannes Casimirus Dei Gratia Rex Poloniae Magnus Dux Lituaniae Russiae Prussiae Masoviae Samogitiae Livoniae Smolensciae Severiae Czerniechoviaeq nec non Suecorum Gottorum Vandalorumq haereditarius Rex. Significamus pntibus literis nris quorum interest universis et singulis Quia nos Providum Gregorium Leszewski in Mtem Gnalem Regni omnium et singulorum Palatinatuum et Districtuum Regni nri creandum et constituendum esse duximus Uti quidem hisce literis nostris creamus et constituimus dans et concedens eidem plenariam et omnimodam facultatem ut possit et valeat omnia et singula negocia Mtem Gnalem Regni concernentia agere et exequi. Ita tamen ut prius coram Judo seu officio quovis sibi competenti Juramentum fidelitatis suae iuxta rotham in Statuto descriptam praestet ab eoq de more tondeatur, postquam autem Juramentum fidelitatis suae praestiterit tonsusq fuerit eum pro vero et legitimo Mti Gnali Regnis habeant et agnoscant eundemq omnia et singula negocia Mtem Gnalem Regni concernentia agere et exequi permittant Pro gratia nra In cuius rei fidem praesentes sigillo Regni communiri iussimus Datum Varsaviae die vigesima quinta mensis Aprilis Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo. Regnorum nrorum Polon et Sueciae secundo anno. Relatio Rndissimi in Christo Patris Domini Andreae de Leszno Episcopi Culmensis et Pomesaniensis Ecclesiarum Cathedralis Ploensis et Collegiatae Sancti Michaelis in arce Cracoviensi praepositi Vicecancellarij Regni Andreas de Leszno Episcopus Culmensis et Pomesaniensis Vicecancellarius Regni manu propria. Quibus quidem literis oblatis petijt iuxta alloquentiam iuris communis et praeinsertarum literarum procedi et exequi. Et offium pns Castrense Capitan Branscense Visis literis Sacrae Regiae Maiestatis manu propria Illustrissimi et Rndissimi Dni

2860

Andreas de Lesno Vicecancellarij Regni subscrias et sigillo minoris Cancellariæ Re-
gni feliciter in nullo suspectas easdem ad Executionem deducen. Juramentum fidelitatis
Super hoc idem officium ab eodem Gregorio Leszewski iuxta rotham in Statuto Regni
descriptam ipsi de verbo ad verbum offese pronunciatum solenni in forma, et observata solenni-
tate Juramentorum praestita suscepit ac de more et consuetudine ipsi praemissa admonitio-
ne respectu fidelitatis tenendi et ad obeundum officium hoc idem Mtis Sgnum autenticum
personam aptam et idoneam fecit, ac toti Ktitati ad Terminos Castellanie ac causarum
officij Capitan. Castren. Branscen. congregatae ac cui praeesset Mti Regni Gnali Pro-
uido Balthazaro Piotrowski publicare mandauit. Qui quidem Mtis praefatus Prouidus
Balthazar Piotrowski uis sua deputonis referens coram eodem officio pntr stans
publice recognouit, ipsum Gregorium Leszewski esse verum et Sgnum Mtem Regni Gtem
a sacra Regia Maiestate priuilegiatum eumq iuratum et tonsum, ut omnes illum pro
Sgno Mti habeant in praesentia multorum hominum Kium pro tunc congregatorum publi-
casse proclamasse et notitiae debitae deduxisse. De quo eiusmodi Relationem fidelem
ad Acta praesentia fecit.

Reuerendi Plebani Dolistouiensis Decretum

In causa et Actione Judicialiter vertente Inter Instigatorem officij nostri et ipsius Delatorem Re-
uerendum in Christo Patrem Thomam Moniu... Parochum Dolistouiensem Actorem Et
Famatos Proconsulem Nicolaum Cuipra totumq magistratum ac communitatem oppidi Go-
niadzensis citatos ideo Quia ipsi priuata sua authoritate uno vi ac violenter subditum Acto-
ris proprium ad Ecclesiam Dolistouiensem pertinen. in certis negotijs ad oppidum Gonia-
dzense Laboriosum Joannem Sidorkowicz missum fria Secunda post Dominicam Mise-
ricordiae proxime praeterita vi ac violenter receperunt ac in turrim nullo iure Victum et iu-
risdictioni ipsorum minime subiectum oppidi Goniadzensis intruserunt et incarcerave-
runt et ad huncusq tenendo fame et siti foetore et squallore oppresserunt et ad
cautionem fideiussoriam Mtis et Kium dimittere noluerunt. Ideo citantur ad viden-
et decernen super ipsi eliberationem praefati subditi, ut ipsi eundem subditum coram
officio Castrensi Branscensi statuerent: si vero statuere et excarcerare ac dimit-